



Tab. III. 1957.

14

I N 3.
THALASSII

Socialibus Sacris,

VIRI

Perquam Reverendi atq; Praclarissimi,

DN. MATTHIÆ LANGII

Sempronienfis Hungari, Patriæ

*Ecclesiastæ vigilantissimi ac longè me-
ritissimi,*

SPONSI

&

VIRGINIS

Honestissima ac Florentissima,

ROSINÆ,

Viri Reverendi, Doctissimi atq; Humanissimi,

DNI CAROLI Paumgartners

Pastoris Agendorfensis fidelissimi,

Filiæ,

SPONSÆ,

Sempronii feliciter celebratis,

Ad diem XI. Cal. Maj. Anni M. DC. LV.

Votivis dicti verbis,

candidâ textimente,

A

FAUTORIBUS & AMICIS



Wittebergæ Prælo JOBI WILHELMI FINCELII.





I.

MEucoræ quondam non ultima portio
gentis,
Nunc patriæ felix Hungariæq; decus:
Te quoq; vincit amor, quem vincere posse negabat,
Et struit amplexu Sponsa pudica torum.
Vivite felices posthac per secula multa,
Ludat ut ad vestros mox pia turba pedes.

Johannes Meisnerus D. & Prof. Publ.

II.

Qui partes tractare suas sine compare vitæ
Quit, non infelix est. Miser inde tamen
Haud dicendus, carnalis, pietatis egenus,
Qui thalami casti debita jura subit.
Rectè ergò, LANGI, tandem tibi fœdere jungis
Sponsam præclaram laude pudicitia.
Vive diu sospes cum costâ. Jova secundet
Quæ facis, & dicis, quæ meditâre pius!

*Johann Andreas Qvenstedt S. Theol. D.
& Prof. Extr.*

III.

Æterno DOMINUS sociavit fœdere tædas,
Conjugii castum jusfit & esse torum.
Firmatum ne quis violaret, robore legis
Cavit, & adjecit triste doloris onus.

A 2

Unius

Unius Uxoris quoque sit VIR Mystra, beatus
Enumerans vitæ munia, Paulus ait.

Tempore sic longo primæva Ecclesia fecit,
Nunc facit, & faciet laude, modoque, pari.

Improbet hoc, LANGI, mordaci dente PAPATUS,
Ipse probes cur hoc, cur mediteris, habes.

Approbo: Mystrarum salve venerabile LUMEN,
Salveat & TECUM, SPONSA pudica, simul.

Ac veluti blandè redolent sub vere, tenellis
Floribus, & herbis mollia prata suis;

Innumerâ sic TE sacratam prole PARENTEM
Præstet, & optatâ prosperitate, diu.

Quid precor ulterius? currunt hoc vota tenore,
Sint, precor, à VESTRO, noxia fata, TORO.

*M. Johannes Hertuvicius, olim Praga
ad Aedem D. Stephani Majorem Pastor &
Consistorii Ordinum Regni sub Ultrâq; comuni-
cantum Assessor, nunc Dresda Exulibus Bo-
hemis à Sacris.*

IV.

Allusio ad Nomen SPONSÆ

ROSINÆ Paumgartnerin

Hortus erat variis ornatus frondibus, herbis
Ornatus variis, Cecropioque Thymo.

Florebat spicâ, Narcisso flore virenti
gaudebat, violis ipse superbus erat.

Mirabar flores & olentis germen amomi,
nec tinctas Veneris sanguine adesse Rosas

mirabar meritò. Miranti nescio quisnam
occurrit, ridens arripit ille manum.

Arripit & monstrat viridi super aggere lectum
quo Venus in spinis occultit ipsa Rosam.

AUREA

*Aurea cingebat lectum subscriptio: FLORI
NOMEN ROSINA EST, QUOD DEDIT IPSA VENUS.
Felices anima, quæ istum carpere florem
contigit; hinc felix LANGIUS esse potest.
Illius hanc etenim decerpit dextra ROSINAM,
flos erit & flos est certa medela malis.
Gratulor hoc dono. florescat fructifer hortus,
hortus perpetuus sit tibi sitque ROSA.
Hæc ego. Sed Summus florem conservet & addat
ROSINÆ rosea, sed sine fine, Rosas!*

*Id quod animitus vovet suo olim Collegæ
jucundissimo nunc Amico & Fratri
in CHRISTO desideratissimo*

*M. Andreas Müller Pomeranus Eccles.
Witteberg. Diaconus.*

V.

*Fama refert thalamum tibi, Præco verende parari
Accipe vota, pius quæ mihi dictat honos.
Non mihi nunc hymenæus hymen, non vana vocantur
Numina, displiceant impia verba mihi.
Christe veni, bone Christe veni, dic vivite in ævum.
Christe favens, sancti fœdera pange tori.
Christe merum Canais quondam largite Maritis
His largire novis nectar & ambrosiam.*

Ita vovet:

Christophorus VVinklerus X. E.

VI.

*Dem Lang wird nun recht bang: Sein worte jenes Golt
fen/
Da der ins Ungrundloch gedachte zuverstecken/
Derrn*

Herrn Langen Antworts-Schrifft: diß war ganz falsch
erregt

Und wurd der schwarze g Span recht neulichst wiederleget/
So daß Er ganz erstummt. Heut zeigt dem Feind Herr
Lang

Daß seinethalben Ihm noch niemals worden bang.
Er führte biß daher ein keusch- und einsams Leben/
Als wolt Er gänzlich sich des Ehestands begeben/
Ein jeder der ihn kannt/ sprach: Lang wird wol nicht freier/
Er scheut das Weibervolck/ und fürchtet das Gereuen.

Nu komt die neue Post wie uuserm lieben Lang
Bey seiner Einsamkeit wil werden etwas bang.
Doch greiffst Ers selzam an. Jetzt solt Er sich betrüben/
Ob derer Haß und Zorn die ihn doch solten lieben/
Er solte sich zur Flucht so schikken und bereiten/
Daß Er ohn hindernuß bald trette auf die Seiten.

So nimt Er nu ein Weib. Wer sieht nicht daß dem Lang
Bey seiner guten Sach wird weder angst noch bang?
Die überkluge Welt kan sich darcin nicht schikken/
Erkühnt sich dise that für Unweiß auffzurücken.
Dem der sonst überall für Lehrhafft wird geprisen/
Der seine weise Kunst vor Freund und Feind bewisen.

Sie schleußt nach ihrem witz: Es sol ja diesem Lang/
Bey solcher feinde Meng doch einmal werden bang.
Nein/ nein/ mein lieber Freund/ das will sich nicht gebühren/
Wann mich nach Gottes Rath das Unglück wil berühren/
Daß ich solt Herz und Muth so balde fallen lassen
Und ganz in traurigkeit ersterben und erblaffen:

Nein/ nein das tauget nicht: mit Paulus sagt Herr
Lang:

Ich hab der trübsal gnug/ und wird mir doch nicht bang. 2. Kor. 4, 8.
So/ so ihr Gottes Mann/ so habt ihrs wol getroffen.

A iij

Das

Das heisst im Christenschrandt recht unverzagt geloffen:
 Ach lauffet immer so / lasst eure Feinde brüllen
 Befehlt den Ausgang GOTT und seinem guten willen/
 Gebt eurem Gott die rath/dem wird schon/der dem Lang
 Anfeindet/dermaleinst auch werden angst und bang.
 Fahrt fort in eurem werck Ihr offbewehrter Gönner
 Liebt Euer Kössichen / die euch der Herzen Brenner
 der Höchste zugeführt; Mit keuschen Liebesflammen
 Bleib euer beider Herz verknüpffet: lebt beyssammen
 In selbst verlangtem Glück/damit dem lieben Lang
 Bey seiner neuen Eh sey weder angst noch bang.
 Den Ehstand kröne Gott / mit deinem Ehesegen
 Im Wehstand laß die Sonn auch scheinen nach dem Regen
 Sey du Herrn Langens Lohn: Gib Gesundheit/kraft und
 Stärke
 Zu seinem schwehren Amte/mach fruchtbar seine Werke/
 Vermehre seine Jahr. Dem Lang sey niemals bang
 Er bleib dein G segneter / Herr/all sein lebenslang.

Michel Höher
 TeuschEvang. Prediger zu Pösing.
 VII.

LANGIUS ingenti curarum mole gravatus,
 Casta tamen latus moliri foedera lecti
 Dicitur, an credam; ane negem, laterve? Precabor?
 Concordes vivant, vivant & prole beati,
 Quos DEUS in thalamum vix divinante locavit
 Oedipo: at inde patet fieri connubia fato.
 Costa Virum firmet curis & pondere pressum,
 Vir caput uxoris regat & defendat eandem,
 Sic erit introitus felix & caetera fausta,
 Diffundetque tuum, LANGI, se nomen in orbem.

Johannes Schuler Valbersd. Pastor.
 Opti-

VIII.

Optima Sponsorum vox ecce relabitur isthac:
 Tu mihi sola places, Tu mihi solus item.
 Gaudeo quod talem, LANGI, sis nactus Amicam
 Qua studeat soli sola placere Viro.
 Et qua nec vitiis nota, aut virtutibus ades
 extra, quam suadet ducere Tbucydides.
 Ipsa DEI presens castis sit GRATIA tedis,
 Ut soli possit sola placere Tibi.
 Eja licet potius votum nunc dicere factum:
 Matthiae soli sola Rosina placet.

Adm. Rev. & Cl. Sponso felicissimum
 Conjugium gratulatus f.

M. Christianus Seelman Cob. Fr.
 Gymn. Sempr. Rector.

IX.

Affectu quali poscebat Numina Servus
 Et meditabatur vota precesque DEO?
 Ante suo Domino, quam conciliaret amorem
 Sponsæ, quam Sponsi corde petebat amor.
 Nec satis assiduâ prece continuasse ministrum
 Vota, precaturus rura sed herus adit,
 Hic genibus flexis extendit ad æthera palmas
 Coniuge proq; piâ, dat repetitq; preces.
 Et tali affectu quoque LANGIUS antè supremo
 Vota precesq; DEO credo tulisse suo.
 Optato Isacus perfundebatur amore,
 Constabat merâ prosperitate domus.
 LANGIUS & pariter longissima sentiet almi
 Commoda conjugii, regnet ubique salus.

Hæc

Hæcce salus JESUS meus est. Hic prosperet ambos
Et Sponsum & Sponsam. Floreat usque torus.

Intimo suo & plurimum honorando

*Dno Matthia Langio Witteberg. scrib.
gratut ab.*

M. Jacobus Reichmann Colleg. Philos.
Adj. Scholæ Senat. ConR.

X.

Ῥοδὴ ἐπιθαλαμικὴ

S T R O P H.

TE cœlibem rumusculus
Vagus per Urbem dixit esse mansurum,
Verende LANGI. Te sine compare
Toro cubaturum tepente,
Conjugii exortem, mentita est fabula vulgi,
Ad ultimum vita beata terminum,
Odise vincla; iniri quæ DEUS vult,
Pessima est doctrina Diabolorum;
Fovetque lesi stigmata pectoris:
Ordo quod docet impudens
Tonsus, Mancipia & rafa novacula,
Et Latia horrida monstra Sedis.

I. Tim. IV,
2. 3.

ANTISTROPH.

I. Cor. VII,
6. Apostolus nam quæ docet,
Consilia hominis, haut sunt DEI illa præcepta;
Non obligant quænvam, ast bona consulunt.
Cum persequuntur agmen hostes:
Atque gregi Jovæ mortem atque pericla minantur.
Tunc

Tunc fugere socia convenit molestias,
Vitare tadas, vivere absque Sponsa.
Cum sed Alcedonia dat Jehovah
Ecclesia, tum conjugio frui,
Sed casto, licet omnibus.
Non aufert homini munera gratia
Spiritus, ordinis hujus Autor.

EPODE.

Te Castitas Pietatis alma filia
Socia juga libera nupta,
Virgineo qua flore pudica nitet, subire movit.
Æstimas nec Romuli
Statuta Papa tresse vel minuto.
Hinc verba bona precamur intimis fibris:
Pax, Concordia, Gratia
Et benedicta Salus
Sanctus Amor maneat Vestri pia fœdera lecti.

Ῥοὴ Τευτονικῶς μετὰ Φραζομένη

Observato in singulis iisque sex geminis Rhythmis
Latini metri prorsus genere
Ita ut nova quasi videri possit.

Satz.

Es gieng ganz die gemeine sag:
Ihr werdet eure Zeit allein/Herr Lang/bleiben

3

Es

Es stießen sich viel an dieser zweiffel-frag;
Ob auch Herr Lang sich werd beweiben/
Und dermalcins seinen einsamen Namen ins Ehebuch einschreis
ben?

Es war vorlängsten schon des Geists Weissagung-klag:
Daz viel d er wahn von Gottes Wort wird treiben/
Die den lehren der Teuffel werden gläuben;
Die im gewissen fühlen den brand und plag.
Solehs am München man sehen mag/
Und die brüder/ so sind geschoren auf diesen schlag
Die sich nicht woll'n in die Eh' verleiben.

Segen Satz.

Was aber sonst Paulus spricht
Ist nur ein Menschen rath/ und nicht Geboths lehren.
Sie rathen guts / und binden gar keinen nicht.
Wann uns die Feinde so verschren
Grausamlich / und mit verfolgung und Elend die Kirch ver-
heeren;

Da kan man wol/ wans ohn gelübd geschicht/
Gar rathsam keine Braut zur Eh' begehren.
Wenn Gott aber uns die Ruh will vermehren/
Zu seiner Kurchen nutzen und freud gericht;
Da nehm' jeder was ihm gebricht.
Gott von diesen nicht nimbt der gaben ertheilt gewicht/
Die sich in Ehestand wollen nehren.

Nach Satz.

Wuch hat der keuschheit Erb/ die frömmigkeit bewegt
Herr Lang / in die Ehe zu schreiten

Ihr

Ihr kriegt mit eurer Braut tugend/zucht/keuschheit/die Jung
fräuliche beute.

Ihr habt den Pabst schon widerlegt
Der hier will wieder Gottes ordnung streiten
Und nur die Kurch zerrückt zu diesen endszeiten.
Nun wir wütschen euch glück/ Der Lang
Einigkeit / Freid' euch umbfang
Heilige liebe/ruh/Seegen/gnad woll' euer Ehbeth begleiten.

M. D. K. N. H. P. L. C.
G. S. E. C.

XI.

Magna TIBI, VIR MAGNE, parat nunc Gaudia Summi
quam celebrare soles, Cura paterna Patris.
Hac TIBI nunc Sponsam sociali foedere jungit,
Sponsam quam Virtus, quam Pietasque notat.
Hanc letus Sponsam, castissime suscipe Sponse,
namque tuum gestit casta subire torum.
Non tua torquebit variis pia pectora curis;
curas sed varias auferet ipsa Tibi.
Flagranti semper Te complectetur amore,
ornabitq; Domum, Vir venerande, tuam.
Quin etiam quondam pulchrâ Te prole beabit,
qua referat vultum Patris & Ingenium.
Quid magis exoptes? Felix quem provida Summi
Cura Patris tali prosperitate beat.
Hanc TIBI nunc omnes passim gratantur Amici.
Hanc etiam grator, Fautor amande, TIBI.
Et cur non grater? Memini Benefacta, Patrone,
Qua mihi sincerâ mente probare soles.

*O utinam gratæ possem testimina mentis,
vel minimâ saltem significare notâ!
Interea votum devoto pectore votum,
cum secus haud liceat, Vir adamate, fero:
Vive diu, vivat tecum tua chara ROSINA,
Cingat perpetuâ Vos bonitate Deus!*

observantiam Patrono meritissimo
testaturus scribeb.
Joh. Georg. Graff. Scholæ Basingensis
Rector.

XII.

Dum, LARGI, in Thalamum tibi Sponsa pudita recen-
tem

Nunc datur à JOVA, quæ nil nisi spirat amorem,
Casta verecundos cujus præcordia mores
Optatos spodent, & virtutum decus omnes:
Gratulor his cæptis! Ex omni parte beati
Fœdera conjugii servate. Injuria rumpat
Nulla eadem: sed perpetuò profusa *Jehovæ*
Gratia succurrat vobis, det pignora lecti,
Quæ magniq; piiq; Patris sint æmula semper.

Samuel Virsinger G. Semp.
Cantor & Collega.

XIII.

Sunt molliora vincla, Plausus amœniores,
Quæis corda castiora Plausus suaviores,
Tenentur, unde mente Plausus celebriores.
Fovent abunde Plausus, Plausus alacriores.

Præ-

Præclare SPONSE, sentis	Amore pulchriori,
Tori dum blanda vincla,	Amore crebriori,
Thalami dū sancta vincla	Amore firmiori,
Novella Sponsa sentit,	Amore sanctiori.
Testantur ora plausus,	Læteris ergò, Sponse,
Plausus alacriores,	Doctor Chori canori,
Plausus celebriores;	Sponsæq; redde amorem,
Plausus suaviores	Qui cuncta secla vincat,
Plausus amoeniores.	Feliciora secla,
Sic Jova Rex Olympi	Optatiora secla,
Fons fæderis pudici,	Infauftiora secla,
Beat pudica corda,	Ventura quoq; secla.
Arctòq; amore jungit,	Miscete sic amorem,
Amore sanctiori	Ut clara fulcra stirpis
Amore crebriori,	Producat inde Numen.
Amore firmiori,	Vincetis alma secla,
Amore pulchriori,	Feliciora secla,
Pudica Sponsa, Sponse,	Infauftiora secla.
Servire docta JOVÆ,	Optatiora secla,
Tibiq; conjugata	Ventura postq; secla.
Te amore nutrit almo,	

LUCAS P SYLLIUS

G. Semp. Collega.

XIV.

*AD socios properare toros sanctissimares est,
 Sanxit id omnipotens, qui regit astra, DEUS.
 Florida primo homini Paradisi rura colenti,
 A Jova summo prima marita data est.*

B 3

Lau

Laudandus merito, quum servans pacta JEHOVÆ
Sponse, legis sociam connubioq, tenes.
Aggressus felix, medium felicius ut sit,
Optimus ut finis; corde calente precor!

Joh. Schwarz Sempronensis Hung.

XV.

REM celebrem tentas, sancitam fœdere legis
Divinæ, quærens in thalamum sociam:
Quippe solet Numen benedicere vincula casta,
Sponse, ciet motus pectore sponsa alacres.
Vivite felices! Fructus & carpite lecti!
Multa potest Pietas & socialis amor.

Benedictus Stigelius G.S. Coll.

XVI.

Ein ersten Garten-mann hastu O Gott erschaffen/
gabst ein Gehülffen ihm/ da er sich legte schlaffen/
daß beides Gartenbau und Ehestand komte von Dir/
drumb sie auch bringen noch die schöne frucht herfür.
Ein schöne Rose hat zu Agendorff geblühet/
dieselbe hat Herr Lang ganz glücklich sich bemühet
zu brechen ab/ weil sie noch lieblich schön und zart
aus des Baumgartners Haus und Liebes Ehe-Gart.
Gott geb daß diese Ros' Herr Lang euch mög ergehen
und euren Ehe-Gart voll kleiner Kößlein setzen/
Es walte über euch beständig Gottes gnad
damit kein hiß noch frost noch anders bringe schad
Ziel mehr wird über euch und euren Saamen bleiben/
sein Seegen-reicher Schutz daß böse von euch treiben

Dann

Dann wird Rosina euch/Herr Lang eur Helffe-bein
und ainig-ihrr Herr Lang (negst Gott) Zhr Freude sein.
Herzlich wünschend
L. G.

XVII.

Quod DEUS instituit, prohibes cur Papa? Quid audes?
Sunt Oracla DEI non violanda tibi.

Rectius expendis, LANGI, connubia casta
Dum subeas in eis visq; placere DEO.

Conjugii vobis auctor det vivere longè
Concordes, quæ res optima conjugii.

Festinanter adjectit

Joh. Vibegius Pastor Ecclesiæ Buniensis designatus.

XVIII.

Aut est, aut non est uxorem ducere crimen?
Si crimen: [veniâ præfatâ dixero,] culpâ
In manifestâ auctor DEUS est, qui crimina jusfit
In paradisiacis hortis committere, quum ipse
His benedixisset. Verum si criminis haud est
Nomine perfædo dignum, [nam quod Deus ipse
Instituit, sit grande nefas vel dicere crimen]
Quomodo dimittendum crimina creditur inter,
Quod legitur consummatum ipso auctore Jehova?

Talia Papa † suis præscripsit verba tenenda.

Rectè! Hoc & patefacta docent Oracula flatu
Divino. Sacrum, justum & venerabile fœdus
Est thalami casti, licitumq; hinc omnibus æquè.

Degeneris tamen hæc Romani Patris alumni
Degeneres, pleno nunc audent ore negare,
Et malè carnalem culpant connubia statum,
Carnales ipsi, sacra pietatis egeni.

Verior aſt animo longè sententia dudum
Jam sedit, ô LANGI Prætlare tuo, Pietatis
Verus amor vera regnet quum semper in illo.

† Innocentius, cujus
ipſiſſima ferè Verba
sunt IX. priores Ver-
ſiculi, in Epist. ad
Ruffum, Eusebium,
& reliquos Macedo-
nia Episcopos, citat à
Parte I. Decretalium
Distin. XXVI. c. 3.
Deinde & c. col. mibi
36. Edit. Lugdun. in
IV. Anno 1591.

Hinc

Hinc non sacra doces solum connubia verbis,
Tela adversa retundens, sed veneraris & ipso
Divinum hunc statum facto, dum vincula marita
Jam subis, & sacro Sponsam Tibi fœdere jungis.
Gratulor, ingeminans devoto pectore vota!
Ipse, tuo cujus fervens in pectore, CHRISTUS,
Vivit amor, parte ex omni Tua cœpta secundet!
Ducite perpetuò tranquillo candida vela
Aequore, bis-centum vitâ complete Decembres!
Sapius & Patriæ natos date, mentis imago
Qui genuina alta sint virtutisq; Paternæ.

Devinctissimò animò observantiam erga perquam Re-
verend. Dn. Sponsum Patronum suum incompa-
rabilem, declaraturus scribebat

Christophorus Lobnerus Neos. Hungarus.

XIX.

Non voce aut fidibus juvat
Cantare & Charitum carmine debito,
Sed voto & precibus juvat,
Instare & Thalamo júbila fundere.
Tristes ibitis hinc procul
Mortes, hi Pylios ut videant dies!

Paulus Galli Divo-Georgiensis Pannonius.

XX.

Dum Tibi, Sponse, datur Nympharum gemma piarum,
Quæ proba, quæ casta sit, quæq; dotata satis.
Munus id est ingens divini Numinis. Ergo
Huic decet ut libes thura precesq; pias.
Flagret amor veluti levis ignis, corpore utroque,
Lis absit domo, pax sit amica toro.
Felices ambo felicia currite sæcla,
Florea currentes cingere ferta queant.
Sunt: quæ candidulo cantârunt pectore Musæ,
Fac, memori capias mente, piâq; Vale!

Matthias Lochmannus Teutolypschenfis Panno.

AS[*]SE

Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







trabo III 1957.

14

7.
 SSII
 Sacris,
 R I
 atq; Praclarissimi,
IAE LANGII
 ungari, Patriae
 simi ac longè me-
 di,
NSI
 IS
 rentissima,
NÆ,
 atq; Humanissimi,
Paumgartners
 nis fidelissimi,
 Æ,
 ter celebratis,
 mni M. DC. LV.
 verbis,
 mente,
 AMICIS

LHELMI FINCELII.

